



ILL.^{MI} D. D. NIC. RODRIGVEZ

FERMOSINI,
AVSTVRICENSIS
EPISCOPI,
ALLEGATIONES
FISCALES,
DE CONFISCATIONE BONORVM
In Sancto Officio Inquisitionis.



ILL.^{MI} D. D. NIC. RODRIGVEZ

FERMOSINI,

AVSTVRICENSIS
EPISCOPI,

ALLEGATIONES FISCALES,


Ad Text. in cap. Vergentis X. de Hæret.

DE CONFISCATIONE BONORVM
IN S. OFFICIO INQVIGATIONIS,

TRACTATVS PRIMVS

CVM INDICE MVLTIPlici QVÆSTIONVM,
Materiarum, & Verborum in hoc Volumine contentorum.

EDITIO PRIMA



LUGDVNI

Sumptibus HORATII BOISSAT & GEORGII REMEVS.

M. DC. LXIII.

CVM PERMISSV SUPERIORIS





PHILIPPUS IV. HISPANIARUM
ET INDIARUM REX CATHOLICUS.

Pet. Aubry sc.



PHILIPPO IV.

MAGNO HISPANIARVM,
& noui Orbis Regi Catholicissimo, Po-
tentissimo, Piissimo, & in laboribus
Tolerantissimo.



VM nostræ fidei Catholicæ felicissima for-
titio Dei Omnipotentis specialissimâ voluntate
in tot, tantisque Regnis tuæ ditioni subiectis,
sine offendiculo infidelitatis Apostolicæ, aut
schismatis permaneat, & firmiter Sanctissimæ
Trinitatis mysterium, symbolum, & articulos
fidei, aliæque Sacramenta, & ordinationes Ec-
clesiæ Romanæ homines in illis degentes profi-
teantur, non minùs, ac reliquarum nationum nomine Christiano insi-
gniti, & hæc largitio Diuinæ misericordiæ, in integro territorio tua-
rum tot Prouinciarum Solis (nobilissimi Planetæ) girum comitan-
tium Cœlo, curâ, pugnâ indefensâ, inuocatione continua sacratissimæ
Virginis Mariæ, & Diui Iacobi Apostoli Tutelaris, aliorumque san-
ctorum scuto, à proavis tuis fideliter laborantibus pro assequendo bra-
bio, Mauris & Sarracenis extirpatis, & nationis Iudaicæ, aliisque hæc
Christianitatis sedes infestantibus, exulatis splendescat; Quæ tempore
labente fortè obumbraretur, nisi clypeo, & muro inexpugnabili sanctæ
Inquisitionis Tribunalium ab illis Catholicissimis Regibus. D. Ferdi-
nando, & D. Elizabetha promotoribus institutionis, in his Hispaniæ Re-
gnis Pontificum assensu, pluribusque eorum diplomatis fulcitorum,
do nationibus, aliisque munificentis, priuilegiis, exemptionibus sedis
Apostolicæ, atque Caroli V. Illius inuictissimi Ducis, de quo problema
(plus ultra) quod de nullo alio celebrarunt Historiæ, Proauis & Reginae
D. Ioannæ; item, & Philip. II. secundi Regis cognomento prudentissimi,
aut tui Philip. III. Patris tui Religionis Christianæ Custodis integerrimi,
vt manifestant clara plurimarum schedularum Regiarum verba; in-
ter quæ de vno quoque, ne longè egerim, aliqua verba inscribere, seu
melius transcribere decreuerim in commendationem, siue stabilitum



D. D.
 NICOLAI RODRIGVEZ,
FERMOSINI,
 HISPANI,
 EPISCOPI
 AVSTVRICENSIS.

ALLEGATIONES FISCALES
 D E
 CONFISCATIONE BONORVM
 IN SANCTO OFFICIO

Ad textum in cap. X. Vrgentis de Hæreticis.

ALLEGATIO I.

Confiscatio bonorum, an absque mandato Principis procedere possit? & ex quibus delictis? & an ut exequatur debeat præcedere fiscalis petitio in actis? & quod sit Officium Patroni Fiscalis in id, quando primo creatus, qua dignitate potitur? & an possit aliquando incarcerare delinquentes sicut, & ipsi Iudices?

SVMMARIVM.

- 1. Confiscatio bonorum hæretici multum frequens est in sacro officio Inquisitionis, cum tractatus maxime necessarius indicatur ab autore longæ experientia.
- 2. D. Didacus de Arce Reynoso Episcopus Flacemin, Inquisitor generalis, benefactor D. Fermosini. de Confiscatione.

Authoris.

- 3. Confiscatio bonorum ex nullo delicto quæri fieri, nisi imperata à Principe non recognoscitur superiori em, & quare? seu quibus competat sub n. 4.
- 4. Fiscalia de regalibus censentur.
- 5. Fiscum haberi ab Episcopis consuetudine receptum est.
- 6. Confiscatio bonorum de jure antiquo ff. continebatur ex pluribus delictis, & criminibus bonis tantum, ex crimine laica Adversarij Divina, vel humana, ut sub n. 7. non sic in delicto solvitur, ut n. 8.
- 8. Confiscatio contra sibi mortem confiscentem, aut Agarenos ducentes per Regnum Granatense, procedit, ut ex causa fidei.
- 9. Confiscata bona sine additione transferuntur, & incorporantur Fiscis, & quare? n. 10.
- 10. Fiscus non est proprius hæres bonorum confiscatorum, cum succedat per annihilationem, & non per representationem, ut n. 11.
- 11. Fiscus occupans aliquando bona delinquentis ante declarationem confiscationis sustinetur, cum indicare valeat bona post delictum commissum.

